



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

7. Ottonis Magni Imperatoris Dat. Moguntiae, Anno DCCCCXL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

sine nostro iussu placitum habere p̄sumat, & vt hoc Authoritatis nostræ p̄ceptum firmum ac stabile permaneat, hanc cartam scribi & annuli nostri impressione signari iussimus. Ego Grimlandus ad vicem Aduentij Archicappellani recognoui, Data Metis Ciuitate XVII. Kl. Maij Anno Domini Incarnationis DCCCLXVIII. Indictione prima, Anno Serenissimi Regis Lotharii XV. in Dei nomine feliciter. Amen.

aduentij
mai
xii

xii



^{7. Regi}
Ottonis Magni Imperatoris Datum Moguntia,
Anno DCCCCXL.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Rex. Nouerint omnes nostri fideles tam p̄sentes, quàm etiam & futuri: Qualiter Ego Venerabilis Abbas & reliqui Fratres ex Cœnobio Sancti Maximini, digna & venerabili religione insigniti nostram adierint clementiam, Germani nostri videlicet Henrici fulti interuentionis p̄sidio, nec non & Conradi nostri Comitis, quatenus nostræ Clementiæ decretum iuxta p̄decessorum Regum morem in p̄dicto Cœnobio consentiremus illis quietem, secundum quod illorum religio & vita p̄tendebat, quæ diu ab Anterioribus posthabita, sed authore Deo, tempore nostri Genitoris, scilicet Henrici Serenissimi Regis releuata. Ipsius amore & memoriâ succensi, quo sine tenus seruetur iuxta deliberationis voluntatem fideliumque nostrorum consilium & petitionem dedimus assensum. Hoc est, vt ipsi Fratres p̄dicto degentes loco, tanta religione dedito, à nullâ vnquam vim dominationis patiantur personâ, sed neque vllius premantur ordinationis potestate, vel famulatus, absque voluntate electi Abbatis, qui à reliqua promoueaturs eiusdem Cœnobii congregatione secundum S. Benedicti regulam, quando Dominus, vt voluerit p̄decessorum discreuerit tempora, vtque in nostro & successorum nostrorum Regum maneant Mundiburdio, quatenus illorum quietudo, nostro defendatur Imperiali scepro, Res quoque p̄diorum loci dispositi, quæ vbinam nostro versantur in regno simili potiantur libertatis potestate, Hoc est in territorio Treuirensi, & loco dicto Embilado & Tabena, & quidquid ibi aspicit, & quidquid in pago Blesensi visus est S. Maximinus habere, & in pago Halmensi, & quidquid infra Ciuitatem Metis & suburbio illius Bessich, Euerlinga, Merschs, Gozeldinga,

Heh.

Hehchicheldorff, Wimariskircha, Marketiht, & quidquid in pago Beteñ. Val-
lis, Cannis decima, Budinacha, Licauia, Guntershufen, Riuenaga, & quidquid
vltra Rhenum ipse beatissimus visus est habere, Cella etiam que Appula dici-
tur, & quidquid ad ipsam aspicit, Annectimus etiam confirmationis causa, &
Ecclesiam, que est in villa Theodoni nostri Palatij cum duobus mansis, quam
noster Genitor ob recordationem sue memorie prefato contulerat loco, ve-
que nostre recordatio memorie in reliquum & per omne tempus inibi habe-
tur, & successores nostros precando monemus, vt que statuimus, ob honorem
Dei & Beati Maximini confirmet, Et hoc testamentum conscriptionis fieri
iussimus, nostrique impressione annuli roboratum tradidimus.

Signum Dñi Ottonis inuictissimi Regis.
Poppo Cancellarius ad vicem Ruodberti
Archicancellarij subnotauit. Data III. No-
nas Iunij Anno Incarnationis Domini
DCCCCXL. Indictione XIII. anno au-
tem Regni Ottonis pijsissimi Regis IV.
Actum Moguntie in Dei nomine. Amen.



8.

*Ottonis Magni Imperatoris Datum Vitlarie,
Anno DCCCCXLIII.*

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Otto diuina fauente Clementia
Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium, quam futuro-
rum industria, quod Nos pro amore DEI & precatu Venerabilis Archiepi-
scopi nostri Friderici, monachis in loco, qui Treuiris dicitur ad Monasterium
Sancti Maximini DEo familiaribus, nostre liberalitatis munere potestatem eli-
gendi concedimus inter se Abbatem, cum fieri necessitas postulauerit, quem-
cunque voluerint. Si autem, quod non optamus, inter illos huic regimini aptus
inueniri non potuerit, vbicunque regulari vite illorum dignissimus & gratus
eis inuentus fuerit, electioni illorum assensus prebeatur in ipso. Et vt hac no-

str.